

Domino Sancto ac beatissimo, Et Appos-
 colicis meritis cor quando Patri Fulgentio
 famulus tuus Scarilas.

Imperatorum desideria paternitati Vres-
 tre multum desiderant peritiam. Quia
 scriptum est. Inquire patre tuum, Et an-
 nuntiavit tibi, seniores tuos. Et dicent tibi.
 et quia quod intelligere non possumus, san-
 ctitatis tue doctrinam, nos sic desideramus,
 dum ad mensam christiani ecclesie catholi-
 ce filii tui exenti de Dei incarnatione elo-
 quutio nasceretur unus ex vobis. hoc de ipsa
 incarnatione adseruit. Quoniam non Deus
 pater sed Deus filium carnem induit, Et a-
 lius dixit ipse Deus qui unus est in tribus
 dignatus est carnem adsumere ut nostram servi-

Et tunc, quia per transgressionem Patris nostri
Adi, obligati detinebamur ad Libertatem
perduceret. Et scire cupimus si ipse Deus Pa-
ter descendit & carne adsumserit, an ip-
se residente xpo mandaverit qui carne ad-
sumpsit. Quum nos scimus Quoniam ver-
bum caro factum est ut ipse habitaret in nobis
sed inter verbum qui Deus est & Pater qui
Deus est una, utrorum quis descendit ad
induenda carne maiestas quia legimus hic
est Deus noster & non est huiusmodi alius
absq. illo. Post haec in terris visus est & cum
hominibus conversatus est & cum istud tes-
timonium in medio proferemus hoc ille e co-
trario loquutus est de filio hoc dixit non de
Deo Patre, & ego ei ad propensum loquutus
sum, qd simul pariter ignoramus. Ad sancti

Patris Fulgentii Epi cui Deus tandem vir-
 tutis scientiam donare dignatus est recur-
 sum faciamus qui nos ex imperitijs per pate-
 factionem divinarum scripturarum plano ver-
 mone iter ostendat, unde commendans me-
 tuis sanctis orationibus peto per illum qui sa-
 ctitatem tuam, tanta gratia muneravit ut
 iubeas nos ut bonus pater quae ignoramus
 imbueret de illo fonte unde omnes qui siti-
 unt, replentur, inundes. et finita loquu-
 tione alius nobis dixit Quod muscas puli-
 ces & scorpiones vel si qua se da animalia quod
 cimices nuncupantur Deus non fecit sed
 post deiectionem Angeli illius indigni Diaboli
 facta sint. & cum diceremus quia Deus om-
 nia fecit & hoc bona valde dixit quod sancti-
 tatem tuam & de hoc deberemus consulere

ut ipse de hoc satis fieri iubeas, nunc trans-
gressione, quando Deus omnia fecit tunc
ista facta sunt, an post transgressionem Adæ
Ora pro nobis Domine sancte ac beatissime
Pater.

Incipit liber Domini Fulgentii E-
piscopi de fide incarnationis filii Dei.

Lectis litteris tuis, quas misisti filii
Karissime Scabila, gavisus sum in do-
mino, exultavit anima mea in deo salu-
taris tuo. quia induit vos studium sa-
lutis, & cordi vestro desiderium iustitiae
clementer infundit, quo veram fidem cog-
noscere cupiatis. per hanc enim vitae
largitas ad hominem venit quo per prophe-
tam Deus ipse testatus est dicens. iustus
autem meus ex fide vivit, fides autem illa ve-
ra appellanda est quae est vera non ficta. 1^a e.
Quam sanctus commendat Apostolus
dicens. finis autem praecepti est charitas
de corde puro & conscientia bona & fi-

de non fieri. Nam quia idem beatus Apo-
stolus, gratia nos dicit salvos factos esse
per fidem, quam non ex nobis, sed Dei ad-
serit donum, utique vera salus non erit
ubi fides vera non fuerit. Quae cum divi-
nitus infunditur, procul dubio gratuita,
largitate donatur. Et ubi per veram fi-
dem veritas fuerit credulitatis, veritas uti-
que comitatur Salutis. Quisquis autem
a vera fide doniaverit, verae salutis gratiam
non habebit. Proinde torpere non debet
fidelis animus ad querendum, si quid in
sacramento fidei sibi cernit ambiguum, ma-
ximè in misterio dominicae incarnationis,
per quam instittit impiis, vita mortuis, salus
infirmis, Et vere Libertatis est gratia do-
nata captivis. Scripsisti ergo, ut tui utar

verbis, quo dum ad mensam christiani cele-
 rij catholici filii mei eventi de dei incar-
 natione loquutio nasceretur unus ex vobis

de ipsa incarnatione hoc asseruit, qm non
 deus pater, sed Deus filius carnem induit

¶ Alius dixit ipse Deus qui unus est. ¹ &

in tribus dignatus carnem adsumere, ut
 nostram servitutem qua per transgressio-
 nem Ady Patris nostri, obligati detineba-

mur, ad libertatem perduceret. Deinde

dicitis vos scire cupere si ipse Deus pater des-

cenderit, & carnem adsumserit, an ¹ sic.

ipso residente verbo mandaverit, qui carne

adsumserit, dicitis vos etiam scire quoniam ¹ qm. dice.

verbum caro factum est, ut ipse habitaret ¹ quomodo.

in nobis, ubi etiam haec verba subnectis di-

cens, sed inter verbum, qui Deus est unus

et patrem qui Deus est una utroruq¹ descē- ¹ sic.

derit ad induendā carnē maiestas, quia le-
gimus inquis. Hic Deus noster est. Et nō
estimavitur alius absque illo, Post haec
in terris visus est, Et cum hominibus con-
versatus est. Ad hanc addis dicis quod
istud testimonium in mediopro feretis hoc
ille e contrario loquutus est de filio hoc
dixit non de Deo patre, Et tu i ad prae-
¹ es. sens loquutus. Et quod simul pariter igno-
ratis ad nos recursum faceretis. Huic
interrogationi quia prima pars tuarum con-
tinet literarum reddenda nunc et a nobis
Deo donante atque adiuvante responsio.
qua finita alteri quaeque respondere quantum
Deus donaverit non pigebit. Principali-
ter itaque scire debet omnis catholicus chris-
tianus unum esse Deum sanctam Trinita-
tem id est Patrem Et filium Et spiritū

sanctum ipsam verò Trinitatem quæ unus
 est Deus, unam quidem esse naturam
 non tamen unam esse personam quia hæc
 quod dicitur unus Deus esse Trinitas ve-
 rū est eo quod non ipse dicitur pater qui
 dicitur filius aut qui dicitur spiritus san-
 ctus, nihilominus verum est. unus enim
 deus est Trinitas quia non aliam naturam
 habet pater, et aliam filius et aliam spi-
 ritus sanctus sed una natura est ipsa Tri-
 nitas Deus nec tamen una persona est Pa-
 ter et filius et spiritus sanctus sed per-
 sona Patris solius Patris et et persona
 filii solius filii est, et persona spiritus san-
 cti solius spiritus sancti est. Personaliter
 ergo qui est Pater non est ipse filius, et qui
 filius est non est ipse spiritus sanctus. Quod

filius videtur dñm

vero naturaliter est pater; hoc est pater hoc
est spiritus s. quia naturaliter ipsa Trinitas
unus est Deus, ubi maior, minor q. non dici-
tur quia nec prior alius alio, nec posterior inve-
nitur. ubi eternitas atque immensitas tanta
est uniuscuiusque persone, quanta trium
naturaliter, personarum. Solus tamen pater
est qui filium genuit, solus est filius quidem
patre natus est solus etiam spiritus s. qui nec
natus est de patre nec filium genuit, sed
de patre filio q. procedit. Pater ergo solus
est pater filii. Et filius solus est filius pa-
tris, spiritus autem sanctus non patris solus
nec filii solus sed simul patris. Et filius unus
et communis est spiritus. in hanc itaq. Tri-
nitatem sunt quaedam singularum persona-
rum propria, quibus tamen propriis personae
non trantur, sed non separantur quarum

filii n' erat. sed verò deesse
rebamur.

filii patre hāc de deo.

5. ass.

na

naturale hoc est ut cum inseparabiles sint, con-
 fundi non possint sed ad hoc in singulis per-
 sonis singula mancant ut & naturalem
 unitatem vere trinitatis & personalem Tri-
 nitatis vere unitatis ostendant. Pro Pri-
 mo. Et ergo solius Patris quod non est natus
 ipse sed genuit. Pro Prius est filii quod non
 genuit ipse sed natus est. Pro Prius v^o est
 etiam spūs s. quod nec genuit ipse nec natus est
 sed de genitore, genitoq. procedit. sicut et
 autem sine initio eterna generatio patris &
 sine initio eterna nativitas filii sic natura-
 liter sine initio est eterna processio spiritus s.
 De Deo n. patris eternitate quae sine initio
 manet talis est utiq. nativitas filii & proces-
 sio spiritus s. ut & illa nativitas & illa
 processio quae eterna sit illi origini in qua initi-
 um nullatenus possit inveniri. Quoniam et- qm. dicit.

ergo hoc in se habet naturaliter illa veritas Tri-
nitatis ut natum esse soli sit proprium filio
ille qui solus in se habet veram naturam
divinitatis ex patre solus invenitur habere
veram naturam humanitatis ex virgine
Eius etenim fuit secundum carnem veram
habere naturaliter matrem, qui secundum
divinitatem verum haberet naturaliter patrem.
Proinde qui est de eterno patre in initio
genitus ipse est de temporali matre tempo-
raliter natus. Et idcirco non solum in divi-
nitate, verum etiam in carne veraciter unigeni-
tus dei filius dicitur, quia Et secundum di-
vinitatem, Et secundum carnem solus geni-
tus invenitur. Solus itaque unigeniti Dei pro-
pria est veraque nativitas una scilicet ex verita-
te nature divine, altera vero ex gratia humani-
tatis adsumte. Propter quod Beatus Evan-
gel

122

gelista Iohannes unigenitum à Patre aserit
pleni gratia. Et veritate. Preinde cavenda est
illa mortifera Omni modis diabolica blas- omnib. parege h' de decir.
femia qua creditur vel dicitur simul ipsa Tri-
nitas carnem assumpsisse quod catholica fides }
non recipit sed nequitia Sabelliani erroris in-
venit. Sabellius quippe quia patre et filium, patrem h' de decir.
Et spiritum sanctum non tres Deos sed unum
Deum verum scripturis adtestantibus prae-
dicare cognovit si audiret quod verum est quod
ibi generat et ipse qd falsum est. Deniq. quia
sic unum Patris Et filii Et spiritus sancti cog-
novit esse naturam ut eiusdem naturae u-
nam non dubitaret. prae dicare personam. Ad
hoc et inania sui praecipitatus erroris ut ipsum
patrem natum de virgine assereret. necessarii
autem consequens fuit ut cui dabatur verita- dabat parege dice et origin
tem humani, nativitatis ipsi deputaret veri

Veritatem ha de de Zir.

etatis passionis & mortis. Unde sectatores eius-
dem Sabelli non solum Sabellianos, sed etiam
Patripassianos ecclesia catholica nominavit, &
vinculo Anathematis cum suo auctore damna-
vit. Absit igitur a fidelibus ista perversitas
ne quomquam redemptum sanguine unigeniti
filii sui permittat Deus ita mortifero semine
perfidiae profanari. Magnae quippe impiet-
atis est si quis in patre & filio & spi-
ritu s. aut propter unam naturam vellet, unam
praedicare personam, aut propter tres personas tres
asserat & naturas. Quandoquidem ille qui
unam personam patris & filii & spūs s. asse-
rit. Laqueus sabelliani erroris innectitur qui ve-
ro tres naturas Patris & filii & spūs s. ef-
se confirmat. Ariani perfidia, maxibus obli-
gatur. Quamvis utriusq. in fidelitatis diversa
videatur assertio, una tamen infidelitatis et u-
trius

laqueus ha de de Zir.

triusq. damnatio. impie namq. personarum
 personarum proprietas propter unitatem na- 1 sic.
 turq. confunditur. impie nihilominus natura-
 lis unitas propter personarum proprietatem se proprietatem hāc de deo.
 paratur. unum habet patrem verum naturaliter
 filium, & de se sine initio, & de virgine
 temporaliter natum. ipsum misit in mun-
 dum ut saluaretur mundus per ipsum, quod
 idem filius ostendens ait. sic enim dilexit.
 Deus mundū ut filium suum unigenitū.
 daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat,
 sed habeat vitam eternā. non enim misit De-
 us filium suum in mundum ut iudicet mū-
 dum, sed ut saluetur mundus per ipsum. qui
 credit in eum non indicatur, qui autem non cre-
 dit iam iudicatus est quia non credit in no-
 mine unigeniti filii Dei. Ecce isto loco
 ipse salvator noster tertio se filium Dei &

deserent. erat.

secundum unigenitum nominavit, Et se
a patre ut mundum salvaret misum esse as-
seruit. Quum utiq. si simul ipsa Trinitas in
carne venisset non se filius misum a patre
dixisset, sed mentiri non potuit Christus, sine
dubio personaliter alter misit, et alter est mis-
sus misit autem verus pater veritatem quam
genuit, misit sapientiam in qua omnia fecit,
misit verbum quod corde dictavit. Proin-
de in illa missione non est localis existima-
tus adventus, tanquam filius Dei sic de
celo fuerit missus ad terram aut in terra non
fuerit priusquam carnem acciperet, aut celum
deseruerit quando carnem pro nostra sa-
lute suscepit cum utiq. ipse sit sapientia Dei
de qua dictum est. Attigit usq. a fine usq. ad
finem fortiter. Et disponit omnia suaviter.
Divinitas illa quae naturaliter una est pa-
tris

Tris & filii & Spiritus sancti, sic non de
 localis, sicut non est temporalis. sic loco non
 concluditur, sicut nec tempore variatur. illa di-
 uinitas naturaliter immensa est & eterna,
 nec cepit initio, nec concluditur loco. ideoque
 unus Deus pater & filius & Spiritus scto-
 rum implet, totum continet, sic totus in sin-
 gulis, sic totus in cunctis, sic totus in parvis,
 sic totum in maximis creaturis. ita per na-
 turam, non ita per gratiam. ita dum bonis
 nec offert, non ita dum saluat, ita dum fa-
 cit, non ita dum reficit. ita dum glorificat,
 facit oriri super bonos & malos, non ita dum
 sol iustitie illis oritur, quibus lumen non car-
 nis sed bono misericordie, preuenienti in fine
 dicitur. Non enim sicut cunctorum est nas-
 ci per naturam, sic cunctorum est renasci per
 gratiam. Quoniam ergo Pater & filius

Et quia s. naturaliter unus & Deus, per-
nus, & immensus, nihil est in celo, nihil est
in terra, nihil in praecaelum, nihil in qualibet
natura quam fecit non factus ubi deesse possit.
Idem unus Deus Pater, & Filius & Spiritus
s. in quo sicut nulla est mutabilitas tempo-
rum sic nulla est capaxitas locorum, quod
Salomon in dedicatione templi dixisse
veraciter invenitur his verbis. si enim celum
& coeli celorum te cagere non possunt, quan-

1713, 1713

to magis domus haec quam edificavi. De-
us itaque ineffabilis. Omnino mirabilis ineff-
fabuliter, ipsa suae immensitate naturae, &

clauditur, patet haec de de-
cir.

Et tuus est in singulis & non clauditur loca-
liter ita dum solus pater, ita solus filius, ita
solus spiritus s. ita simul Trinitas unus Deus
pater & filius & spiritus s. quia nec solus
filius sine patre vel spiritus s. nec solus spiritus

sine patre vel filio. Proinde sollicite cogitandum
est quomodo filius in mundo mitti potuit mundum, parce haec de deo.
qui mundo deesse non potuit, aut quomodo
in mundum venit unde nunquam recedit
quum utiq. cui naturale est totum imple-
re nec recedere possit aliquatenus recedere.
re. Natura quippe illa divinitatis immen-
se, nec conditur ut impleat quod antea va-
antea. / ante erat, &
cuius erat, nec contrahitur ut evacuet quod
impleverat. ideo sequitur eadem scriptura
dicens re qui non credunt Deo quia non pro-
sequuntur ab eo. id quod etiam salvator nos-
ter unam divinitatem, dominationemq.
commendans ait. Nemo potest duobus do-
minis servire. legimus autem quia dominus
ipse est Deus, unde certum est vera fide-
caritate q. sincera, nec dominis que qua posse

Id. dicitur // id est schadele-
er.

servire nec diis. unus est Deus Deorum, &
 dominus dominorum qui propterea solus est
 colendus quia solus est naturaliter verus do-
 minus qui est Trinitas Pater & filius &
 spūs s. Nos itaq. ut Deum in simplicitate
 cordis quæramus diversitatem divinitatis in
 Patre & filio nec corde credamus, sed ut
 possit in nobis vera cordis manere simplici-
 tas, illa in nobis maneat fides qua sanctæ
 Trinitatis una creditur ac prædicatur sine
 diversitate divinitatis. sic in nobis Pater
 & filius & spūs s. venientes manere dig-
 natur. unus est enim apud dilectorem suum
 sanctæ Trinitatis adventus quod Deus in-
 visibiliter venit & mansionem invisibiliter
 facit. Manendo autem apud dilectorem su-
 um ipsam multiplicabit dilectionem propterea
 fa-

facit in hominem mansionem. ob hoc quippe
 venit quia diligitur. Hoc autem veniens fa-
 cit ut amplius diligatur. Haec ides dixi
 ut noveritis, qualis fuerit adventus filii,
 quando missus est a patre, & qualis sit
 adventus filii quando dignatur venire
 cum patre, quia sicut in illo adventu homo
 factus patre minor agnoscitur, sic in illo
 adventu equalis patri, Deus permanens
 invenitur. Dicitur autem etiam spūs s.
 venire, cum sit etiam ipse cum Patre & fi-
 lio unus Deus eternus naturaliter, & im-
 mensus sine quo utiq. nec Pater pōt venire
 nec filius. ille enim pōt est pater filiumq. di-
 ligere qui caritatem habet in corde, caritas
 autem Dei diffusa est in cordibus nostris per
 spūm s. qui datus est nobis. Pater ergo &

Filius ad dilectorem suum sine Spiritu s. nullo
latens veniunt, quia ut veniant caritatem
qua diliguntur dono sancti spiritus largiun-
tur. Invisibiliter itaq. communis semper adve-
tus est Pater & Filius & Spiritus s. non
transiunt de loco ad locum. sed in eo quod ip-
sa Trinitas unus Deus dignitatur gratiam
caritatis donare quam augeat, vel augere quā
donat. Alio autem modo venit Filius quā-
do pro nobis factus est unigenitus Deus ille
utiq. qui in personā propriam divinitatis suae
non recepit personā hominis sed naturam.
Scimus etiam spiritum sanctū visibiliter
in columbae specie advenisse longe utiq. ali-
o modo id est nec isto quo pater & Filius
ad dilectorem suum non sine spiritu s. veni-
unt, nec isto quo solus Filius in mundū venit

iat. dice el texto.

secundū quod naturam ^{no}stram mirabiliter, ac
 singulariter in personam suę diuinitatis acce-
 pit. non enim sicut formam serui accepit fili-
 us, ita formā columbę accepit spūs s. nec sicut
 factus est filius in similitudine hominum, ita
 spūs s. factus est in similitudine columbę.
 Verū ergo spūs s. in specie columbę, non utiq.
 columbam in unitatem personę accipiens. neq.
 enim sic per quē s. redimi debuit natura co-
 lumbarum, sicut per filium natura redē-
 pta est hominum. hanc enim in unitate
 personę sue suscepit filius quā erat sine du-
 bus personis.

his redempturus. et quoniam ad Dei filius redempturus. à Dei filio
 humanitas sua nunquā seiangitur. propterea
 in celo & in terra, omnibus angelis, omnibus
 q. hominibus dominatur. secundū naturā
 quippe humanā filius Dei humiliavit se fac-
 tus obediens usq. ad mortem autem crucis, se-

+ hoc ha

parece ha de decir.

pro his vult credere

ad Gal. 4.

cundum quam naturam cum Deus exalta-
vit & donavit illi nomen quod est super
omne nomen, ut in nomine Iesu omne ge-
nus flectatur, celestium, terrestrium, & in-
ferorum, & omnis lingua confiteatur quia
dominus Iesus christus in gloria est Dei Pa-
tris, & remanente itaq. plenitudine temporis
misit Deus filium suum factum ex muliere
factam sub lege. Quis autem hoc fuerit fac-
tum, Apostolus subsequenter ostendens ait.
At eos qui sub lege erant redimeret ut adoptio-
nem filiorum reciperemus subsecuta itaque est
a Dei filio humana natura ideo quoniam De-
us unigenitus factus est homo ut nobis per eum
divina donaretur adoptio ut quia ille homo
Deus verus est naturali veritate divinitatis
sue, nos quoq. in eo ipsi fratres eius & semus fi-
lii Dei non nostro merito sed eius gratia
sic

ad obitio, dicit et orig.

fieremus. sanctus autem spiritus veniens in specie
 columbe non columba factus est, sicut filius
 factus est homo sed per columbe speciem dona-
 da nobis ostendit suo munere caritatem. Ka-
 ritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiri-
 tum scilicet qui datus est nobis. Apparuit autem
 postmodum dignis linguis, sed etiam hoc ad
 significationem fecit ipsius, quam nobis largitus
 est caritatis. Nam quia finis precepti est cha-
 ritas de corde puro et conscientia bona et fi-
 de non ficta et in Christo Iesu neque circumci-
 sio aliquot valet, neque preputium, sed fides
 quae per caritatem operatur. ipsa est illa sim-
 plicitas cordis quae significatur in columba, quia
 debemus id quod corde credimus ad iustitiam,
 ore confiteri fiducialiter ad salutem. Colum-
 ba igitur simplicitatem ostendit fidei et cari-

807
catis ut recte credamus in Deum & Deum
um diligamus & proximum lingua quoque ig-
nea significat confessionem vere credulitatis &
admonitionem sancte caritatis. illa ergo colu-
ba incuius specie super Christum baptizatum
venit spiritus sanctus ad aliquid significandum facta
est, & continuo resoluta. solus ergo filius
humanam carnem animamque suscepit. Ad
ignem enim solum naturaliter divina nativi-
tas pertinebat. & qui solus natus est de Pa-
tre, solus nasci potuit & de virgine, qui nisi
homo ex homine fieret, nature nostre particeps
non fuisset. ideo ergo factum est ut veram car-
nem acciperet de carne virginis, ut cum illa no-
bis vera maneret communis naturalis. Quo-
modo enim vel antiqui patres vel cuiusquam
temporis homines in consortium sue diuinita-
tis

tid asceret sic meis naturale carnis consorti- si cum eis, parce hāc de deir.
 um haberet, filius vero Dei non solum homo
 sed etiam ex hominibus dignatus est fieri. In-
 de est quod ait Apostolus loquens de Chris-
 to. non enim Angelus adprehendit sed semen
 Abraham adprehendit. unde debuit

Faltan aqui 17. renglones de los?

se ipsum pro nobis offerret oblationē
 Christiā Deo in odorem suavitatis. in-
 de est quod cum inimici essemus, reconcilia-
 ti sumus Deo per mortem filii eius. ut autē
 Beatus Apostolus ostendit Christum Deū ostenderet.
 filium ex illo uno homine traxisse originem
 carnis ex quo omnes homines propagavit uni-
 tas naturalis. propterea dicit alio loco qui enim
 sanctificat Qui sanctificantur ex uno om-
 nes propter quam causam non confunditur
 fratres uocare dicens, Narrabo nomen tuum

Ad Hebr. 2.

fratribus meis. ille autem hoc de nobis dicit qui
1. Et, secundum carnem pro nobis natus est passus
immo qui sic nature nostre factus est participes
ut ex illo uno fieret ex quo omnes facti sumus
ex illo uno carnis originem duceret, ex quo cū-
cti originem traximus. Quod si Trinitas pro no-
bis susciperet carnem iam ille qui incarnatus
per consortium carnis facti sumus iam non
solum filii Dei patris sed etiam fratres toti-
us Trinitatis.

Faltan a qui 18. renglones de los.

quia Deus filio suo proprio non ge-
percit sed pro nobis omnibus tradidit illum.
Nam Et de ipso filio dicit. Quod autem nūc
vivo in carne in fide vivo filii Dei qui dilexit
me Et se ipsum tradidit pro me. Alio quoq.
loco ait. Gratia vobis Et pax a Deo Patre
nostro Et domino Iesu Christo qui dedit

Ad Gal. 2.

semetipsum pro peccatis nostris ut eriperet nos
de presenti saeculo nequam secundum volunta-
tem Dei & Patris nostri cui & gloria in
saecula saeculorum. Sicut ergo tradidit Pa-
ter filium, ita semetipsum tradidit filius.

Sicut se ipsum filius dedit sic eum etiam
Pater dedit dicente filio sic enim dixit Ioh. 3.

Deus mundum ut filium suum unigeni-
tum daret ut omnis qui credit in eum non pe-
reat sed habeat vitam eternam, Hic itaq. o-
mnibus cognitis; evidenter ostenditur filium
non solum pro nostra salute carnem suscepisse
solumq. pro peccatis nostris traditum & pas-
sionis ac mortis periculose supplicium. Ab-
sit ut quisquam fidelium dicat Deum Pa-
trem aut de virgine natum aut pro nobis tra-
ditum. Ista enim solius sunt filii qui sicut pro
nobis temporaliter dignatus est nasci, ita pro
nobis dignatus est mori. si quis autem Deo.

Johan. 9.

2. m. d. l.

Johan. 10.

Pater in susceptionem carnis adsignat illud prae
que attendat in Evangelio quia Deus qui
carnem induit frequentissime se ipsum non
solum filium hominis sed etiam Dei filium
nominavit. ipse quippe ceco nato, quem in lar
minaverat dixit. Incredis in filium Dei? res
pondit ille. Et dixit. Quis est Domine ut
credam in eum. et dixit ei Jesus et vidisti
eum. Et qui loquitur tecum ipse est. At ille
ait. credo Domine. Et prociens adoravit
eum. Iudei quoque dicunt. Nonne scriptum
est in lege vestra quia ego dixi. Qui estis? nill
los dixit. Quod ad quod sermo Dei factus est.
Et non potuit solum scriptura, quem pater sa
crificavit. Et misit in mundum dicitis blas
phemia qui dixit filius Dei sum. Alio quoque lo
co simul se. Et filium hominis. Et Dei fili
um nominavit dicens. sicut Moyses exaltavit
serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium

1 nuncupavit, erat.

hominum ut omnes qui credit in ipsum non pereat,
sed habeat vitam eternam. ubi continuo illud
quod in hoc opere a nobis positum est
salvator adiunxit se Dei filium

dicens sic enim dilexit Deus mundum
ut filium suum unigenitum daret ut om-
nes qui credit in eum non pereat sed habeat
vitam eternam non enim misit Deus fi-
lium suum in mundum ut iudicet mundum
sed ut salvetur mundus per ipsum, qui cre-
dit in eum non iudicatur, qui autem non
credit iam iudicatus est quia non credidit
in nomine unigeniti filii Dei. Nam et
qui se ipse filium hominis nominaret dicebat
discipulis. Quem me dicunt esse filium ho-
minum. Et audita hominum opinione

homines, erat. / Job. 16. 13.

illorum scilicet qui sibi de ipsa veritate
mortuorum fingeant pro sua voluntate me-
daciū dixisset vos autem quem me esse di-

cui, parece ha de decir.

citis quia respondens Petrus ait Tu es Chris-
tus filius Dei vivi. Propterea Beatus me-
ruit appellari sic ipso domino respondente.
Beatus es simon.

